

- 18 Apud Lacedaemones impune furari licebat.
- 19 Apud Persas nullus erat rapinis modus.
- 20 Apud Atrios, qui minimo furto subtraherent lapidibus obruebantur.
- 22 Minus fures omnes infecutus fuit maxime per mare
- 23 Tobias nec pro victu necessario licere censuit ex furto enadere: nec Alexand. Senerus ut in n. 24. sed & alia exempla punitionis furis referuntur numeris seqq.
- 27 Lex humana iuste potest, furem diurnum pro grauiori furto inhere occidi lex tamen Moysaica, solum furem nocturnum statuit morte puniri.
- 28 Penitentia furis post furtum commissum, cum non excusat.
- 29 Poena simplicis furis omni iure cum pluribus, numeris seqq. Apud Hebraeos iure diuino, n. 39. Leg. 12. tabularum, num. 31. Iure ciuili, num. 32. & 33. cum seqq. Apud Gallos, num. 35. Iure nostro Regio, num. 36. cum pluribus seqq.
- 45 Poena pro secundo furto simplici in Hispaniarum Regnis, cum numero sequentibus precipue, num. 47.
- 47 Fur committens in aliqua ciuitate, vel loco furto, si reperitur, sine auriculis, an erit hac suspiciens presumptio, quod iam alia duo furta commiserit, ut sic possit condemnari ad mortem tanquam famosus latro, & quid tunc index facere debeat?
- 48 Poena pro tertia furto imponenda, & n. 49.
- 50 Em an possit furca suspendi pro uno furto magna aequiuale tribus, cum numeris sequentibus?
- 51 Transgredi iura licitum est in atrocissimis delictis, n. 51. & 52. & 53. Sed contrarium probatur, ibi, & seqq.
- 57 Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariore ad condemnandum poena ordinaria. Et ad torturam iudicia in genere suo debent esse clara, & talia, qua de iure subsistant.
- 58 Index in viroque foro tenetur iudicare secundum leges scriptas, nec potest esse sine graui peccato excedere in poenalis.

De grauitate, & poena furii.

QVASTIO CLiV.

**V**ERO an furtum sit graue delictum, & qua poena puniatur? Et ut hoc cognoscamus, prius reuocemus in memoriam, id quod omnes Christiani scimus & tenemur scire, nempe septimum Praeceptum diuinae legis esse, Non furtum facies, deinde Iulianum affirmare furtum esse contra rationem naturalem, ut in §. furtum instit. de obligat. qua ex delictis, n. 10. Paulus quoque Iuriconsultus in l. 1. §. fin. ff. de furt. inquit lege naturali furtum admittit prohibendum esse. Vlpian. quoque in l. probrum 42. in ordin. ff. de verbor. significat. furtum, & adulterium natura turpia tradit: Plinius lib. 11. cap. 16. refert natura apes etiam fures, & mulierum mentes odisse, & ideo ferunt, tutam furtiuam tantum proueniret fertilitus. Cum igitur furtum sit prohibitum iure diuino, & naturali, ut vidimus, & probat late cum aliis Farinac. de furt. de quast. 165

num. 2. cum sequentibus fol. mibi 2. necnon iure etiam positivo, ut patet ex infinitis titulis vtriusque iuris, hinc est ut grauissimum crimen furtum reputari debeat. Quare D. Chrysostomus in Psalm. 49. existimauit furtum maius, & grauissimum peccatorum esse dempro adulterio: sed & fornicatio grauius peccatum est furto ut probat S. Thom. 2. 2. quast. 154. art. 3. & optime aduersus Martin. de Magistris D. à Soto de iustit. & iur. lib. 5. quast. 3. art. 3. in respons. ad questionem, & Salon eodem lib. de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quast. 66. art. 6. an furtum inter omnia peccata, &c. colum. 1312. cum sequentibus, vbi notat primo esse proximum heresi asserere fornicationem simplicem non esse intrinsece malam, & contra ius naturae, ut ibi probat: secundo, fornicationem esse grauius peccatum furto ex genere suo. Tertio, quod licet fornicatio absolute, & ex genere suo sit grauius delictum quam furtum, interdum tamen in indiuiduo, & singulari dati posse aliquod furtum grauius fornicatione, vel ratione quantitatis furii, vel ratione aliarum circumstantiarum.

Scythae quoque nullum scelus furto grauius ducunt Iustin. ex Trogo lib. 2. quem refert Petr. Gregor. in 2. part. Synag. iur. vniuers. lib. 37. c. 1. in princip. num. 1. hoc tamen verum est intellegendum ut ipsi interrogati fateantur, quando furtum factum est in re magna, haec est, communis conclusio, ut dicit Abb. consil. 1. §. num. 1. in fin. & ex eo Iul. Clar. in §. furtum versic. quod an furtum: alias enim si in re parua committeretur, non esset graue delictum quamuis adhuc quoque delictum sit iuxta ea, qua supra adduximus alia questione. Quando autem dabitur an furtum dicatur magnum, vel paruum iudicis arbitrio relinquatur, ita Angel. in l. 1. colum. vltim. versic. sed quod dicitur, C. unde vi, quem sequitur Hypolit. in l. questionis modum, num. 48. ff. de questionib. Anton. Gom. cap. 5. de furt. sub num. 3. circa fin. & Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centuria 3. num. 10. vbi quod index inspecta facti qualitate, & personarum conditione arbitrabitur an magnum, vel paruum furtum dici possit quod & nouissime sequutus est declarans in specie qua debeat index obseruare Emanuel Roder. in sua sum. 1. tom. cap. 147. num. 5. Hinc dicit Angel. vbi supra, quem refert Menoch. num. 11. qui supra, furtum iudicati magnum si Doctori Codex in quo multum inuigilauit, & plura scripsit sua subtrahatur Menoch. vbi supra, num. 12. assertit aliud exemplum ex gloss. in l. illicitas, §. ne tenus, ff. de officio presid. De eo qui auferit rustico porcum, nam inquit auferit oculum quam glossam singularem dixit Roman. singul. 706. Index. Et Franciscus de Marchia, quast. 6. scribit ex qualitate rei & persone furtum iudicari paruum, & magnum. Alphon. à Castr. lib. 1. de leg. penal. versic. furti vero grauitas, colum. 1581. ait, quod grauitas furii dupliciter aestimatur, aut ex ratione rei furtae, aut ex consideratione personae in cuius possessione erat quando furto sublata est.

Hinc infertur ad intellectum textus in cap. 1. §. si quis quinque solidos de pace tenenda in vrb. sed. vbi pro furto paruo quinque solidorum quis debet suspendi: cuius textus plures sunt sensus & intellectus, ne adeo rigidus videatur, quorum aliquos recentet Cepol. in auth. sed nouo iure, num. 88. C. de seru. fugit. scribit namque Nenzani lib. 1. Sylu. nupt. num. 69. post Parid.

de par. hanc Federici constitutionem atrocem nimis esse, & ob id eius animam in inferno torqueti, ut refert Menoch. vbi supra sub num. 13. dicens, esse haec somnia vigilantium, & quod Deus iudicabit Federici animam & voluntatem, quia arcana Dei hominibus cognita non sunt & Iul. Clar. d. §. furtum sub versic. sed quare, refert ex eodem Parid. de Puteo de Syndic. fol. 224. post num. 1. Quod proles Federici Imperatoris qui id statuit, & alij reges successiuè qui sequuti sunt hanc l. eorumque ministri non regnauerunt super terram, & male vitam finierunt, nec generatio eorum ad tertium gradum peruenit, credit tamen Clarus id potius contigisse propter bella & indebitas vexationes quibus Sanctam Dei Ecclesiam perturbabant, quam propter illam l. qua ut arbitrat ipse numquam fuit vsu recepta. Ego iudicio Dei haec omnia relinquo.

Verum quatenus attinet ad intellectum illius text. ne adeo rigidus aut atrox videatur, censeo cum communi, ideo ibi illud statui, quia cum furto concurrat violatio pacis, qua maxime obseruanda erat, ita affirmant Isernia Aluar. & caeteri omnes in d. §. si quis quinque solidos, & Cepol. consil. 40. col. 5. versic. circa secundum, Gomez in §. ex maleficijs num. 2. 3. & 4. & cum eo Iul. Clar. vbi supra & communem & veram opinatur Menoch. vbi supra num. 13. & Peguer. decis. crimin. 27. num. 4. ideoque ratione pacis violatae furtum, ut grauissimum poena mortis puniatur ibi, licet commissum in paruissima quantitate, quem intellectum nouissime etiam probat Petr. Greg. in 8. p. synagm. iur. vniuers. c. 2. num. 12. dicens hoc esse exempli poena in latrones, qui pacem inuito furto turperent etiam quinque solidos furando, non alios & Ant. Gom. plures referens c. 5. de furt. num. 9. qui hunc intellectum probat ex rubrica cui subicitur & ex l. si in fin. ff. de re milit.

Nihilominus tamen, & quia respectu paupertatis rei quamuis etiam pacis violatae adhuc grauissima & crudelissima poena imponi ibi rectè arbitrat Clarus l. illam nunquam fuisse vsu receptam, & quod in omnem casum illa poena imposta contra fures in d. §. si quis quinque solidos non seruatur de consuetudine, ut plurimò etiam affirmantes congerit Anton. Gom. d. c. 5. num. 9. & Clarus vbi supra quem refert & sequitur Menoch. vbi supra & sequuntur omnes secundum Peguer. vbi supra, estque verissimum in praxi non esse admissam nec obseruatur, idem refert Petr. Greg. vbi supra, nempe illam constitutionem abrogatam contraria consuetudine & constitutione Federici de pace seruanda, §. iniuria, dicit namque quod furtum legitime puniatur & ita corrigitur d. §. si quis quinque solidos, ut per Gregor. Lup. in l. 18. in glossa mazar. in principio, tit. 10. part. 7. vbi quod ideo de dispositione, dicit §. si quis quinque solidos, non est curandum, neque de generali consuetudine curatur ex Bald. & Angel. in dicit. auth. sed nouo iure.

Hec quamuis ita se habeant, nempe furtum esse omni iure prohibendum, ut potest grauissimum delictum ut praemisimus. Aegyptij tamen nec non, & Germani furta inulta relinquunt ut auctor est Menoch. vbi supra dicit. casu 209. num. 3. imò Aegyptijs probatum furtum putat Caelius Rodiginus lib. 3. cap. 13. auct. Gellius lib. 11. Noct. Attic. cap. 18. & lex de furibus apud Aegyptios iubebat, eos qui furari volebat nomen suum apud Principem Sacerdotem scribere, atque è vestigio furtum apud eum deserte, similiter quibus res

furto crepta erat apud eundem rei sublatae tempus, diem, & horam scribere tenebantur hoc modo facile inuento furto, qui rem amississe quarta mulctatur parte, quae daretur furi, factisque legislator esse dixit, cum impossibile esset furta prohiberi potius alicuius portiois, quam totius rei amissa, homines iacturam pati ut refert ad litteram Diodor. Siculus lib. 2. Bibliothec. cap. 3. & Petr. Gregor. 3. part. Synagm. iur. vniuers. lib. 37. cap. 1. num. 4. Itaque Aegyptij non solum permittunt, atque inulta relinquunt furta ut vides, sed etiam praemio afficiunt fures 4. part. rei furatae, ut vidimus factus hoc existimantes quam totius rei furatae iacturam homines pati hinc est ut furis affuefacti Aegyptij cum ad nos perueniunt hoc vitio maxime laborant, placent namque vitia, ut plerumque iis, qui his infecti sunt, & qui excussio naturali, & diuino timore inde lucrum, & prouentum amant, sicut Samij, Mercurio Charidotea rem diuinam facientes, volenti & furari & latronari permittentibus, quia oraculo relicta insula cum Mycalen migrassent praeda ac rapinis decem annis vixerunt, ut narrat Plutarchus in problem. circa fin. & refert Petr. Gregor. vbi supra num. 3. addit Menoch. vbi supra num. 4. Apud Lacedaemonis quoque impudè furari licebat ut homines solertes redderent ut filius tradit Gellius lib. 11. Noct. Attic. c. vltimo, vbi & de poenis iure nostro aduersus fures indicis scribit, quem refert Menoch. vbi supra n. 2. Quinimo Lacedaemonis in huiusmodi opinionibus furandi primas partes tenentes filios suos educendo esse credunt amplissimoque honore prosequuntur, siquidem id laude ducebant Lacedaemonis auctore & plura furari ut notat Gellius d. lib. 11. Noct. Attic. c. fin. & Heracl. de polit. in polit. Lacedaem. Hinc merito Socrates ut refert Petr. Gregor. vbi supra num. 2. Lacedaemonios Barbaris esse inferiores ait, quod Barbari flagitium admittentes & furantes, domesticis suis & famulis filios nequiores existimant peiores igitur sunt in hoc Lacedaemonis siquidem Barbari furtum abhorrent ipsi vero amant.

Apud Persas etiam nullus erat rapinis modus, ut auctor est Alex. ab Alex. lib. 6. diernum genial. cap. 10. qui de Indis, Latias, ac Scythijs multa memoriae prodit.

Apud Atrios vero, qui minimo furto subtrahant lapidibus obruebantur, auctor est Petr. Crinitus lib. 3. de honest. disciplin. carpit 3.

Sed cum l. Evangelica & ratione naturali furta sint prohibita seueris poenis merito sunt punienda, eo enim sunt facienda mala, ut inde proueniant bona.

Quare supra relatas nationes, ac gentes nominatus, Minos, fures omnes infecutus fuit maxime per mare ut ex Theocidi idem refert Petr. Greg. vbi supra num. 5. Non Tobias, qui neque in victu necessario furii particeps, esse volebat, Videre inquit Tobia 3, ne huius furinus sit reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Qui enim cum fure partitur accidit animam suam, Prouerb. 29.

Non etiam Alex. Scuerus, ut in eius vita Lamprius scribit, qui in crucem tolli iussit furem qui furtorum reus per ambitionem nimiam ad militiam aspirauerat.

Imò scribit Plinius lib. 28. natural. histor. cap. 3. l. 12. tabularum capitale fuisse puberibus frugem aratro quaeritam furtum noctu pauisse, ac secuisse eoque iure cautum esse licere nocturnum



furem rem magni valoris subrahentem interi-  
mere, quam sanctionem, inquit Menoch. ubi su-  
pra dicit. casu 195. num. 6. diuinitus, & lege veteri  
desumptam videri siquidem, Exodi cap. 22. ita  
scriptum est, si effringens fur domum suae suffo-  
diens furis inuentus, & accepto vulnere mortuus  
fueris, percussor non erit reus sanguinis, quod si orto  
sole hoc fecerit homicidium perpetrans, & ipse  
moriatur.

17 Iuste tamen nihilominus poterit humana fu-  
rem diurnum pro grauiori furto iubere occidi,  
quam lex Moisaica solum furem nocturnum fla-  
uit morte puniri, vt probat Caltr. lib. 1. de lege  
pena. cap. 6. in versio. quoniam, itaque leg. & in  
versio. & inde vltimus, vt statuit in casibus infra  
aliis quaestionibus ponendis.

18 Vlpianus in l. qui ea mente 67. ff. de furt. l. qui  
sua fugatiuus 17. ff. de adul. editi. vique adeo gra-  
ue scelus duxit, qui ea mente alienum quid con-  
tractauit, vt licet faceret fur semper remaneat  
tamen si mutato consilio, id domino postea reddi-  
derit, neminemque tali peccato penitentia sua  
nocentem esse delinere, vt ad expiandum pecca-  
tum pena opus sit, sine qua fures, vsque adeo  
crefcunt numero vt nemo sit, qui sibi quippiam,  
asserere audeat, dat enim impunitas delinquendi  
animum, & quemadmodum festiuitate comica  
dictum est, Festum agunt fures, vt refert Petr.  
Gregor. ubi supra sub n. 5. ad fin.

19 Nunc videamus de pena simplicis furis om-  
ni iure, inter Hebraeos quadruplum fur redde-  
re cogebatur, non habens vero venundabatur  
non tamen extraneo, vel alienigena, nec in per-  
petuam seruitutem: sed Iudaeo vt post septen-  
nium absolueretur, a seruitute, quam legem an-  
tiquauit Herodes, iussitque absolutum furem ven-  
di Ioseph. lib. 16. antiq. Iudae. c. 1. referente Petr.  
Greg. d. lib. 37. synag. iur. vniuers. c. 2. n. 25.

20 Diuino iure, qui furatus esset ouem, vel bo-  
uem & occiderit, vel vendiderit: quinque boues  
pro vno, quatuor oues pro vna reddere iubetur,  
vt inuentum furatus sit duplum refarciendum,  
Exod. 22. 2. Reg. 12. Septuplum alibi lex di-  
uina pro furto manifesto iubet reddere furem,  
& omnem substantiam domus suae tradere, & se  
liberare Prouerb. 6. Causam autem quod illa ve-  
tus quae tantum rigorem in aliorum criminum  
punitioe exercuit in furis autem diurni punitio-  
ne rigorem suum temperauit, late considerat, &  
exponit Alph. a. Caltr. lib. 1. de lege penali cap. 16.  
culum, mibi in marginis 1583. versio. nec sine causa  
cum sequenti.

21 Platonis quoque lex (lib. 9. de legibus) habe-  
bat, vt damnatus furci si vltra fortem bona suffi-  
ciunt, vel duplum reddat, aut vinciat, donec,  
aut persuaserit illi, cui debet, aut reddiderit.

Lege 12. tabularum, si leues furtum fecisset,  
licebat domino seruum pro noxa dare, & ita li-  
berabatur, quod praetor sequutus est in tota  
familia furtum faciente, alio autem capite fur  
manifestus ei, cui furtum factum esset in ser-  
uum tradebatur. Et hoc est quod dicitur, noxium  
caput sequi, agere cum eo cuius iuri fur sub-  
iectus est, vt ait Vlpian. in l. cum quis 42. de furt.  
habita ratione temporis, & domini, qui erat  
cum furtum factum est: ita ex aliis authoribus  
refert Petr. Gregor. in synag. iur. 3. part. c. 1.  
lib. 6. n. 29. fol. 751.

Et generaliter fures in legibus 12. tabularum  
capitali poena feriabantur, vt scriptum reliquit  
Theophilus in institut. de perpet. & temporal.  
actum, & memini Anton. August. lib. 4. emenda-

tion. iuris, cap. 4. quos refert Menoch. de ar-  
bitr. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 195. num. 5. vbi  
num. seq. alias poenas antiquorum pro furto im-  
positas refert.

32 Iure nostro civili quadrupli poena imponi-  
tur, pro furto manifesto, dupli pro non mani-  
festo: eamque perpetua. §. 1. de perpet. & tempo-  
ris, aut. §. conceptione, & in §. poena manifestis de  
obligat. qua ex delict. nasci. l. de his qui subtra-  
xisse 11. C. de furt. §. Sic itaque discretis versio.  
plane, & in §. ex maleficiis de action. §. omnes au-  
tem actiones, vel in simplum, & §. quadrupli es-  
dem titul. l. 2. ff. de crimin. expilat. hered. l. 18.  
tit. 14. part. 7. quadruplumque refertur ad esti-  
mationem rei, non quantum interest l. in furti  
actione 51. ff. de furt. & quadrupli poen. in vi hono-  
rum raptorum, intra annum esse quadrupli, post  
annum simpli, in quadruplo tamen esse rei per-  
secutio, & triplici poena cum in furto sit qua-  
drupli ex integro vltra rei persequendum, §. 1.  
vi honor. raptor. l. 1. ff. eodem tit. dicit. l. 18. vbi  
idem in duplo.

33 Itaque de iure communi pro simplici furto  
non est imposita furi poena mortis, ideoque  
mori non debet, nec aliquod membrum esse ei  
abscindendum, sed aliter castigandus aut. sed  
nouo iur. C. de seruitut. fugis. text. in aut. vt nulli  
iudic. §. quia vero versio. pro furto collecti. commu-  
nis secundum Gomez in dicit. §. ex maleficiis,  
num. 12. institut. de action. & ex eo Iulius Clarus  
in §. furtum versio. sed quatuor, Couart. lib. 2. va-  
riar. resolut. cap. 9. num. 7. in princip. Duenas  
in regul. 399. Peguet. decis. crimin. 27. num. 1.  
Petr. Gregor. ubi supra, num. 7. Menoch. ubi su-  
pra num. 7. dicit. l. 18. ibi, mas porrazon de furto  
non deuo matar, nin cortar miembro ninguno, &  
ibi Gregor. Lopez verbo matar, &c. Salon. de  
iustit. & iur. colum. 1327. eodem etiam pro fur-  
to magno testatur magis communem requiorem,  
& magis practicaam opinionem Prosper. Fati-  
nac. tom. de delictis & poena, quaestione 23. num. 3.  
pagin. mibi 211. colum. 11. Sic etiam Carolus Ma-  
gnus in Longobardorum legibus statuit, & in  
Synodalibus constitutionibus pro primo furto  
non moriantur latrones, sed oculum perdant, vt  
refert Petr. Gregor. in sua synag. iur. 3. part.  
lib. 37. cap. 2. num. 13. vbi num. 16. quod ex  
consuetudine Burgundiae, qui furatur infra de-  
cem libras, pro primo furto, & arbitrio iudicis  
castigandus circa tamen mutilationem membro-  
rum, aut mortem naturalem, & num. 18. quod  
apud Anglos Henricus septimus Rex statuit  
ann. 2. Regni sui in consilio vt pro primo fec-  
lere remitteretur quidem poena corporalis, in  
carcere in coniectis, sceleris commissi nota in pal-  
ma sinistra manus sub publico inureretur, quae  
criminis admissi primam referat litteram.

Cum igitur fur simplex pro primo furto non  
debeat mori, nec membrum ei amputari sed al-  
ter castigari superest, vt doceamus qua poena  
puniendus sit, & in hoc gloffa in dicit. aut. sed  
nouo iure, verbo castigabitur, inquit supra fu-  
stibus, & haec est communis opinio vt vltra  
ordinarios, ibi testatur Bart. in tractat. de iuris-  
dictione, num. 10. & Padil. in l. vranfigere num. 11.  
C. de transation. Couar. lib. 2. variar. cap. 9. sub  
num. 7. vbi quod passim apud nos fures flagel-  
lantur, aureisque eis abscinduntur praeter retum  
restitutionem Cepol. in dicit. aut. sed nouo  
iure num. 65. Quae opinio in his Regnis iure pa-  
ritatum hodie approbatur, in l. 18. tit. 14. part. 7.  
ibi, Otro si, deuen los iuzgadores quando les fuere  
demandado

34

demandado en iuyzio: esfamentar los fureadores  
publicamente con seriadaz de azotes, vbi notat  
Gregor. hoc eodem verbo, & refert alios de iure  
communi idem tenentes, in gloffa matar, ni cortar  
miembro, iudicis cui poena pro primo simplici fur-  
to deferretur a gloffa vltima, in l. subraita,  
C. de furt. & gloss. in l. fin. ff. de furt. quam pro-  
bant plerique alij vt constat ex Anton. Gomez  
ubi supra. Hamad. in l. 1. tit. 17. part. 2. gloffa 12.  
num. 2. Hodie ad flagitationem redactum est,  
per dicit. l. regiam, quae in hoc etiam iuri com-  
muni concors est supra communi opinione glossi  
& aliorum doctorum, vt vidimus, quia iure or-  
dinario arbitrari solent iudices hunc furem esse  
virgis cedendum vt ex Cepol. refert Menoch.  
ubi supra, & vltra quadruplum, vel duplum,  
quod fur in his regnis pro primo furto simplici  
puniatur poena corporali extraordinaria, & arbi-  
traria probat late Anton. Gomez 3 tom. cap. 5.  
de furt. num. 4. fed hodie poena quadrupli, vel-  
dupli non est in consuetudine sed poena corpora-  
lis tamen, vt ex Cepol. in dicit. aut. sed nouo  
iure num. 59. dicit Clarus dicit. §. furtum versio.  
poena autem, vbi addit, quod adhuc vigeret haec  
poena quadrupli in foro conscientiae fur non  
teneatur ad talem poenam, sed tantummodo ad  
restitutionem rei fitata, secundum communem,  
sententiam quam ibi refert, Hamad. gloss. 12.  
num. 2. vbi citat ad hoc Anton. Gom. ubi supra  
dicit. num. 4. in fin.

35 Solent, & Galli furem tales istos lotis flagel-  
lare publice per vias ciuitatum, & oppidorum.  
Pro leuioribus furtis extra sacrum locum factis  
vt affirmat Petr. Gregor. dicit. lib. 37. cap. 2.  
num. 19. qui num. 13. cum sequentibus, post Co-  
uaruuias, vbi supra alias poenas imponi solitas  
pro furto apud exteras nationes refert, nec non,  
& Salon. de iustitia, & iure, colum. 1339. versio.  
ad intelligendum.

36 Sed iure nouiori fori huius Regni pro primo  
furto simplici imponi iubetur poena pecuniaria vt  
soluat rem, & duplum eius parti, & septuplum  
Fisco, & si non habet unde soluat quod corpora-  
liter puniatur supra abscissione auricularum,  
ex l. 6. tit. 5. lib. 4. fori, & l. 2. tit. 13. eodem lib.  
vt ex his ill. tenet Anton. Gom. ubi supra versio.  
vnum tamen est addens in versio. sequenti, quod in  
locis vbi viget illa lex vel consuetudo non puni-  
tur criminaliter fur, quia poena applicatur Fisco,  
sed in aliis locis, & partibus vbi non viget nec  
seruatur illa consuetudo standum esset iuri com-  
muni, sed illam legem 6. fori esse in vtu affir-  
mat Gregor. Lopez in dicit. l. 18. gloffa magna  
in versio. hodie tamen, &c. Et re vera fuit, vt con-  
stat ex aliis authoribus nostris Regni, & nos lax-  
pissime ita adiuuimus cum primam peritiam pra-  
xis accepimus & constat ex l. 9. huius titul. 12.  
in versio. e como quera, &c. Sed iam aboleuit ab  
vfu haec poena de las setenas, & remansit poena cor-  
poralis, vel alia iudicis arbitrio sententiam quali-  
tatem furci, & personae vt sepe in praxi obserua-  
tum vidimus, & praeterea testatur Anton. Gomez  
ubi supra, dicens quod committitur in mala parte  
Regni de consuetudine non imponitur poena pec-  
uniaria applicanda parti, nec Fisco sed solum-  
modo corporalis, vel alia iudicis arbitrio, vt  
praediximus, nec non, & tractatus quidam de  
differre. inter ius commune, & regul. differre-  
tia §. in delictis: imo nouissime per dicit. 9. huius  
titul. in dicit. versio. e como quera, clarius praedict.  
poena de las setenas videtur sublata, siquidem in

locum eius alia subrogatur praecisa non adiectis  
quod copulatiue concurrat cum illa septupli, non  
enim vtraque simul imponenda est, quia l. illa  
hoc non praecipit, sed quae sequitur.

37 Denique lex illa sic accipienda est, vt non  
intelligamus, quod in omnibus illis casibus in  
quibus poena septupli imponenda per d. l. 6.  
quae disponebat vt in omnibus furtis intra sum-  
mam 40. marapetiorum fur poena septupli ple-  
deretur, in eisdem poena tritremium fures puniatur,  
quia poena commensuranda est delicto, l. sanc-  
imus, C. de poena, & imponi debet secundum  
mensuram portionis inspecta ratione loci, tem-  
potis, personae, & quantitatis, l. aui facta, ff.  
de poena, & ibi DD. & alibi committitur, contra  
autem boni, & equi erit vt pro tam modica re,  
vel damno fur ad tritremes mitteretur vt bene  
probat Hamad. in d. l. 1. tit. 17. gloss. 11. num. 3.  
fol. 156. col. 4.

38 Iure nouissimo huius Regni, per l. 7. huius  
titul. 11. del. anno de 1552. praecipitur omnibus  
iudicibus horum Regnorum: Que los ladrones  
que conforme a las leyes de los Reynos deuen ser con-  
denados en pena de azotes que es por el primer hurto  
simple de aqui adelante la pena sea que los traygan a  
la verguenca, y que siruan quatro años en las gal-  
eras, por la primera vez, y que si fuere el hurto en  
la Corte del Rey por la primera vez, se sean dados  
cien azotes, y que sirua ocho años en las galeras Rea-  
les, siendo mayores de veinte años, quam l. citat  
Molin. Theolog. ubi sup. colum. 1218. T despoes  
por ley mas nueva que se refiere, y pone en la dicha  
ley nueva deito titulo, se manda declarar y añadir que  
los quatro años sean seys, y los dichos ocho diez, y  
que esta pena y condenacion de galeras, sea, precisa,  
y no en defecto de setenas, y assi queda resuelto,  
que conforme a las leyes mas nuevas de los Reynos,  
las quales oy dia se practican comunmente el ladron  
por el primer hurto no qualificado en estos Reynos ha  
de ser castigado en pena de verguenca publica y seys  
años de galeras, y del interes y restitucion a la parte  
de la cosa hurtada, no tratan estas leyes, por que es  
claro se ha de pagar o boluer a la parte si el ladron su-  
uiere de que, & tenet Couaruias d. lib. 2. variar.  
capit. 9. num. 7. ad fin. Pero en los delictos qualifi-  
cados, y robos salteamientos en caminos, o en cam-  
pos, o suergas y otros delictos semejantes, o mayores  
manda la dicha ley septima de este titulo. Que los  
delinquentes sean castigados conforme a las leyes  
de los Reynos, de que hablaremos adelante.

39 Post haec autem Molin. Theolog. de delictis  
tractata secundo disputat. 95. num. 12. colum. 1213.  
cum sequenti, late agit de intellectu, & praxi dicit.  
ll. fori, & de praed. opinionibus contrariis Gre-  
gor. Lopez & Antonio Gomez ubi supra citans,  
etiam d. l. 9. titul. 11. lib. 8. noui. collection. reg.  
ex qua resoluit standum esse potius sententiae  
Gregor. Lopez, ubi supra addens colum. 1214.  
quod pro furto quadraginta 60. 80. quin. & 100.  
marapetiorum, nefas esset hodie quem quam  
puniti poena flagellorum, imo neque relegatio-  
nis, praestitum si sit primum furtum quare  
huiusmodi leuia furta hodie, vel poena pecuni-  
ria dupli parti applicanda, & septupli fisco  
dicit esse puniendi, vel si reus non sit soluendo  
sunt puniendi detentione illius in carcere aliqui-  
bus diebus, aut mensibus, vel colloccatione illius  
in loco publico ad certas horas pensio furto  
ad collum, pro qualitate personae secundum Gre-  
gor. Lopez, quem refert.

40 Posset tamen esse locus, vbi committeretur  
furtum,



furtum, adeo insignis, vel etiam pro primo furto, quamvis exiguo, esse fur suspendendus, quod fuit seruatum per Parlamentum Paris. in quodam qui crumenum cum 60. solidis tamen incidere in camera ipsiusmet Parliamenti 22. Ianuarij 1549. vt ex Papo refert. Iul. Clar. vbi supra in versiculo, sciam tamen in fin. & inquit Petrus Gregorius dist. lib. 37. cap. 2. num. 11. se saepe vidisse suspendi balantocomos istos, qui crumenas absciderant in sacro principis Senatus Tolosani Palatio, & si vix sex denarij in crumenis inuenti essent, quia studium malitiaeque furandi & loci sacrilegium vindictam illam mereretur, vt tutus ab hac improbitate locus sit.

42 Coadiuvatur haec pars, nam iuxta communem opinionem Theologorum potest homo occidi pro simplici furto quod grauem aliquam habet circumstantiam, alias secus, quia esset durissimum, & nimis crudele secundum Alphons. à Castro, lib. 1. de leg. pœna, cap. 6. existimat enim ibi quod propter circumstantias adiunctas notabiliter aggravantes, nempe magnitudinis rei furtivae, frequentiae, dignitatis etiam loci in quo commissum est furtum, & magnae rei furtivae necessitas, & si quae aliae similes circumstantiae furto contingere possunt, possint poenae augeri vsque ad membri abscissionem, imo etiam ad mortem iuxta circumstantiae grauitatem, & quod ideo Imperator Iustinianus diuersam à praecedenti de huiusmodi latronibus, l. statuit; nam in illa proximè citata authentica post illam l. de furto simplici latram, statim hanc de alijs furibus, quae sequitur statuit legem. Eos vero qui violenter agrediuntur, aut cum armis, aut sine armis in domo, aut itineribus aut in mari, poenis eos legalibus subdi iubemus, & de omnibus talibus intelligendum est quod dicitur (secundum Castru. vbi supra) in l. capitalium, §. famosus, & Capol. in dist. authent. sed nouo iure, num. 47. cum sequent. D. Couartuu. lib. 2. var. resolut. cap. 9. num. 7. & Iul. Claro, §. furtum versic. sciam tamen, qui dicit, ita obseruari ex practico. Contrad. Gregor. Lopez in dist. l. 14. in glossa magna, ibi, si vero clam subripit, & est famosus, quia sapius fecit, &c. & Petr. Gregor. dist. lib. 37. cap. 2. num. 3. & 4. dicemus latius infra quæst. statim sequenti. Anton. Gomez. cap. 5. de furt. cap. 10. & Couartuu. vbi supra, Petr. Gregor. vbi supra. ff. de poen. censet nemque ibi: famosus latrones non solum dicendos esse illos, qui frequentes furtum iterauerunt, aut magnum aliquod furtum commiserunt, sed omnes illos, qui furtum notabili aliqua, & multum aggravante, circumstantia vestierunt.

Denique pro eadem parte adduco l. regiam expressam, & à fortiori nempe l. 1. titul. 13. de los homicidios, infra, hoc lib. 8. nou. collect. reg. ibi: I esso mismo dezimos que muera por justicia aquel que fuere conuenido de hurto, ò robo, ò fuerza en la dicha nuestra Corte, ò en el nuestro rastro, y aquel que fuere tomado con el hurto, ò robo, en la dicha Corte, ò rastro.

43 Ego vero & si fateor, & studium malitiamque furandi & loci qualitate grauissimam vt poete Palatij Regij, aliam atque aliam grauiorem, & seueriorem poenam exigere, quam ordinariam pro simplici furto, aliàs sine qualitate aggravante commissio: nihilominus tamen non cenfeo poena mortis esse plectendum furem, qui in Palatio Regio, semel furatus est, præci-

puè paruum quantitate, vel rem parui valoris, nec id fieri vilo modo consulto alias enim sequeretur, quod cum in Regio Palatio plures libri, aliaque minutiora vendantur si aliquis subriperet ibi librum: vel rem aliam, morte dignus esset; hoc autem quantum abhorreat à charitate Christiana norum est, etiam si res furata maioris valoris esset, licet enim ratione loci insignis grauius multo sit furtum ibi commissum, quam alibi in loco profano: nihilominus tamen, hæc maior grauitas poenam mortis non meretur, neque iure inuenio hanc poenam in præd. specie impostam, sic principis, non debent iubere punire poena mortis eum qui ceruum in sylua sua inclusum occidisset pluris æstimantes ceruum quam hominem secundum Alphons. à Castru. vbi supra in versic. & hinc aperissimè, qui contrarium facientes tyrannos esse dicit, ergo nec furantes in Palatio Regio debent morte plecti pro prima vice, & si alias seuerè castigandi sint, nec obstat quod ex eodem Castru. in contrarium retulimus, cum communiori sententia Theologorum existimante propter dignitatem etiam loci, seu propter magnitudinem rei furatæ, & frequentiam furandi induci qualitate quæ plurimum aggravat, ob quam possit poena augeri vsque ad membri mutilationem, imò & vsque ad mortem, hacque qualitate vestitum furtum existimat illud committentem esse famolium latronem, & comprehendendi sub dispositione l. capitalium, §. famosus ff. de poen.

In primis namque intelligo hoc de qualitate nimis aggravante vt propter eam possit fur condemnari membri mutilatione, & etiam poena mortis, quando à iure sic est, & inuenitur expressum, secus alias prout esset in casibus specialibus à iure exceptis in quibus pro primo furto imponitur poena mortis propter qualitates id aggravantes de quibus infra, statim agemus, & qui hodie exprimentur in his Regnis, l. 18. titul. 14. pag. 7. nullum autem eorum est huiusmodi, vt ex eis patet: ergo in casibus non exceptis standum est regulæ iuxta glossam l. omnis definitio, ff. de regul. iur. denique cum solum furtum rei sanctæ, vel sacratæ in loco sacro, vel religioso commissum puniatur poena mortis, vt in d. l. 18. ergo pro commissore profano in loco non sacro nec religioso puniri non debet fur poena mortis, quia in poenalis, præcipue in ultimo supplicio non valet argumentum, nedum ab identitate rationis, sed nec etiam à maiortate, vt per Euerard. in loco 35. à ratione legis larga, &c. versic. 2. casu quando agitur de mera poena: vt quia est poena etiam respectu recipientis, &c. Quanto minus valebit à minori argumentum ad maius: Deus mea domini orationis est, inquit Dominus, vos autem, &c.

Præterea opinio communior Theologorum, quam refert, & sequitur Castru. vbi supra. loquitur in lege, vel republica, statuentem poenam mortis pro simplici furto, quod qualitate, vel quantitate sit enorme, vt constat ex D. Couar. qui Theologos hoc tenentes refert, eoque & Castru. vbi supra. sequitur in hunc sensum, quem prædiximus, nempe verius esse præd. poenam statui posse à Republica in præd. specie frequentiori huius criminis vsu considerato, & læsione maxima, quæ ex eo Reipublice inferitur, licet Alexand. de Ales part. 5. quæst. 47. membr. 4. artic. 3. Scotus in 4. sentent. dist. 15. quæst. 3. & Syluest. verbo furtum

furtum, quæst. 3. censuerint iniquam fure legem quæ pro simplici furto mortis poenam induxerit, nec iuste posse eam in Republica statui. Esto namque communior contraria sententia Theologorum sit veteri, & tenenda, nos de hoc non agimus, sed fumus eo in casu, sed deficiente lege, quæ hoc statuat, an furans aliquam rem, vel quantitatem in palatio Regis, propter qualitate & dignitatem loci adeo huiusmodi furtum grauantem possit iudex arbitrari poenam mortis imponendam esse huiusmodi furci pro primo furto simplici qualificato, & contendimus, atque proculdubio verum esse existimamus hoc facere non posse iudicem ex supra dictis, & sane, quod vnum tantum furtum etiam si graue sit qualitate sufficiens iure non sit vt morte puniatur plerisque placet, vt cum eis probat expressè Couar. vbi supra in versic. sane, de quo infra latius agemus. Punietur ergo iuxta l. 8. hoc tit. 11. quæ est huiusmodi: Mandamos que assi en los hurtos qualificados, y robos, y salteamientos en caminos ò en campo, y fuerças, y otros delitos semejantes ò mayores como en otros qualquier delitos de otra qualquier qualidad, no siendo los delitos tan calificados, ò graves que conuenzan à la Republica no deshera la execucion de la justicia, y en que haenamente pueda auer lugar commutacion sin hazer en ello perjuizo à las partes querrellosas, las penas ordinarias les sean commutadas en mandarlos yr à servir à las nuestras galeras por el tiempo que pareciere à las nuestras justicias, segun la qualidad de los dichos delitos.

VERO, supposita communi sententia Doctorum de qua sententia, q. 154. quæ habet quod de generali consuetudine pro tertio furto simpliciter fur pœna mortis condemnatur, nempe furta suspendatur. Quid si fur commisit duo priora furta in alio loco & territorio, tertium vero in alio diuerso, ibique fuit captus, an possit condemnari ad mortem tanquam famulosus latro? In quo breuiter resoluendum est pro parte affirmatiua (nempe, vt quantum ad primis duobus furis cognosci non possit principaliter per iudicem tertij, quia fuerunt commissa in diuerso territorio, atramen incidenter bene potest de eis cognoscere quoad aggrauandam pœnam huius tertij furti, quia ex reiteratione & frequentia delinquendi augetur pœna, vt resoluimus supra quæ frequentia consideratur, vbi queque committuntur prædicta furta), quam tamen Bart. in l. si cui, §. fin. quæst. fin. ff. de accusat. & ibi Angel. & alij, idem Bart. in aurb. vt nulli iudicem, §. si vero quis comprehensorem collat. 9. est communis secundum Capol. in aurb. sed nouo iure num. 48. vbi cum sequitur, C. de seruit. fugit. sequitur plures allegans & dicens singulare, & valde notandum in practica Anton. Gomez 3. tom. cap. 5. de fura. numer. 8. & inquit in præd. specie Ioann. And. in addit. ad specul. in Rubr. de fura. quod iudices feroces faciunt eos suspendi & seruati de consuetudine dicit Angelus vbi supra numer. 4. & communem esse ex Cassan. refert alios quoque allegans eam sequutus D. Couarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 9. numer. 7. versic. idem erit obseruandum & Iulius Clarus in pract. crimin. §. furum in versic. sed pœna, & Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centuria 3. casu 295. numer. 18. & hæc opinio placet Claro, vbi supra dicenti, quod eam, consuetudo approbatur, dummodo fur de qua agitur sit subditus ratione originis, vel domicilij illius iudicis in cuius territorio tertium furum commisit, & quod alias illam non seruaret, si esset index maleficiorum secundum Angel. de malefic. verbor. existens Florentia: distinguit tamen in questione proposta, quod aut statutum dicit, pro tribus furis, & tunc non faceret illum suspendere, quia non potest dici commississe tria furta ex quo illa duo fuerunt extra territorium commissa, pro quibus non potest hic puniri; aut vero statutum dicit pro tertio furto transiret per opinionem præd. quam vsus recepit proxi dicit se etiam vidisse multoties in practica obseruari: ceterum si statutum diceret quod famulosus vel publicus latro, suspendatur vique illa furta extra territorium commissa aggrauerent itavt pro tertio in territorio commisso esset suspendendus, & quod ita tenent communiter DD. secundum Capol. vbi supra, num. 88. nam ex interpretatione facta à consuetudine, ille dicitur fur famulosus, qui tria furta commisit, nec in hoc sit prædicta distinctio, an consuetudo sit in vno territorio tantum, vel in pluribus, & ideo stantibus dictis statutis, illum diceret omnino suspendendum, sed non stantibus statutis, cum consuetudo generalis licet, quod pro Praxis Criminalis.

tribus furis, quis suspendatur, præfata communis sententia indistinctè procedere videtur, & ideo, eam probant sic indistinctè magis communiter DD. vt constat ex supradicta: statutus vero stantibus adhuc non videtur multum realis, sed potius verbalis præfata distinctio Clari, sicut & alia communis, quam ex Alcia. & Villalob. refert vbi supra Clarus, quam etiam ipse reicere videtur.

Idem est, quando iam prima furta essent tempore præscripta, quia similiter, licet de eis non possit principaliter cognosci, bene tamen aggrauant tertium furum, vt pro eo possit latro condemnari ad mortem, & furta suspendi, secundum Bald. in aurbent. sed nouo iure, num. 4. C. de fern. fugit. idem Bald. valde commendans in aurbent. qui semel, C. quomodo, & quando in d. numer. 25. & ibi Salicet. column. final. lal. in l. si idem cum eodem numer. 5. ff. de iurisdict. iudic. quos refert & sequitur Anton. Gomez d. cap. 5. de fura. sub num. 8. ad fin.

Procedit etiam si priora duo furta, aut alterum illorum fuerint indulgentia Principis remissa, vel abolita, quia nihilominus apparet consuetudo furandi, quod in specie asserit dicens sic receptum esse in praxi Callan. in consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. versic. simplex numer. 20. idem probat Matth. de Afflict. in consil. Neapoli. Rubric. 35. cap. ad legitima pondera num. 1. vt eos refert & sequitur Didac. lib. 2. var. resolut. cap. 10. sub numer. 2. ad fin. & Iul. Clar. in §. furum in versic. sed quid si pro illis duobus: vbi dicit esse communem obseruantiam secundum Callan. vbi supra numer. 23. sequitur etiam Menoch. d. casu 105. numer. 9.

Similiter procedunt superiora, etiam si, pro primis duobus furis fur iam sit punitus, quia ea duo furta non computantur alia puniendi sed ad aggrauandum tertium furum, ita Paul. de Caltr. & cum eo Capol. in dist. aurb. sed nouo iure num. 100. & lal. in l. eum qui §. in popularibus, numer. 16. ff. de iur. iurand. & Angel. de Malef. in parte & vltim. calassem num. 14. & ibi eius addit. August. de Arimin. alios allegans tandem probat, & Didac. alios allegans loquens que quando prima furta sunt dignè punita dist. lib. 2. var. cap. 9. num. 7. in versic. que obinet, & hanc opinionem approbat consuetudo vt attestatur Apollill. ad Vitalem de malefic. in Rubr. de fura. num. 3. quam ad hoc refert Iul. Clar. dist. §. furum in versic. quæro etiam flame statuto, vbi inquit, quod ita in isto Ducatu Mediolanensi seruatur, & sequitur Gregor. Lopez in dist. glossa magna in versic. & aduerse, &c.

Vnde à fortiori idem videtur dicendum quando fur pro primo, & secundo furto non fuerit punitus, vt late probat Anton. Gomez, d. cap. 5. de fura. num. 5. deducens ex hoc fure esse, si fur commississet plura furta in diuersis locis, & index primi delicti cognosceret de eo, non enim posset condemnare furem ad mortem, licet tria furta commississet, quia posteriora delicta non aggrauant primum, sed priora flagitia aggrauant posteriora & in terminis hoc tenent Bald. consil. 348. volum. 5. & in l. qui crimen in fin. numer. 3. C. de ordin. cognit. & additio. vltim. Capol. in dicta aurbent. sed nouo iure in fin. posita & sequitur Gregor. Lopez vbi supra in versic. vbi hoc videtur limitari dicens, hoc non procederet si iudex habeat arbitrium puniendi, quia tunc in arbitriis inspicitur tempus & feriem quod tenet Bald. vbi supra dist. l. qui crimen num. 3. Hh 3 dicens



dicens esse notatu dignum, sed hoc ultimum de iudice habente arbitrium puniendi non probat, quia cessat alteratio de frequentia furandi, cui innititur communis observatio consuetudinis generalis, licet enim tria furta hic fur iam commisit, cum non agatur nisi de punitione primi ratio arbitrij, quod habet iudex puniendi, non potest considerari circa furta postea commissa, quia pro tertio tantum furto iudex competens cognoscendi & puniendi pro illo est, qui potest eum pena mortis condemnare: arbitrium igitur habet puniendi iudex furem primi furti, pro eodem primo furto, sed pro hoc nullo modo potest penam mortis infligere quia esset contra ius ergo secundum & tertium furto de quibus non cognoscit non aggravant primum, frequentia namque furandi consideratur ex præcedentibus furtis non vero ex sequentibus.

6 Denique ad hoc ut pro tertio furto suscipi possit, debent esse tria furta distincta non solum re, sed etiam tempore, secus si plura furta facta sint eodem loco & tempore, quia talia furta non possunt numerari ut plura mens namque statuti vel consuetudinis intendit gravius punire propter consuetudinem delinquendi, in qua requiritur temporis intervallum: ita tenet Cæpol. in dicit. aurb. sed nouo iure num. 100. in versic. item adde præd. & num. 108. ubi quod hoc tenent DD. communiter & ex eo idem affirmat Clat. dicit. §. furtum versic. unum tamen nota. Secus tamen videtur dicendum si quis pluries furtum commisset diuersis vicibus, & temporibus, licet omnia in eodem die, ut videtur velle Didac. Perez in l. 7. in glossa azares per totam, præcipue in versic. sicut si quis pluries furtum commisset tit. 10. lib. 8. ordin. pag. 235. col. 2. & pag. sequenti.

7 Quæri hic potest an pœna corporalis imposita à iure vel statuto pro furto habeat etiam locum pro crimine expilatæ hereditatis.

8 Pro cuius cognitione observandum est, quod de hoc tradit Petr. Greg. lib. 37. synagmat. iur. univers. cap. 9. in princ. ubi ponit pœnam huius criminis & l. 21. tit. 14. part. 7. quam citat Anton. Gomez. cap. de furto n. 16. col. penult. & cum hoc crimen dicatur largo modo furtum ut probant iura allegata pro Anton. Gomez, quinimo expilatores atrociores sunt fures ut in l. 1. ff. de effractoribus, ubi ponitur pœna contra expilatores hæreditatis in l. 1. ff. de crimin. expilat. hered.

9 Ex quibus infert Bald. in l. de his numer. 2. C. de fur. quod expilator hæreditatis possit furca suspendi, vel alia pœna affici vigore statuti loquentis de furtis quem refert, & sequitur Anton. Gomez ubi supra dicit. num. 16 in versic. ex quo infertur, addens quod sicut publicus, vel famosus latro potest furca suspendi, ita & expilator hæreditatis.

10 Quæ opinio mihi non placet, nec eam veram esse censeo ex seqq. Primo, quoniam diuersa sunt crimina & diuersis pœnis puniuntur, ut in leg. supra citatis loquentibus de furti pœna. §. Secundo ex d. l. partite de pœna expilatæ hereditatis. loquens quæ est arbitraria secundum qualitatem personarum, nempe. Le por ende el que los assi tomaste. como quier que le non pueden demandar que torne la cosa con la pena del furto: pero puedenle mandar que la torne sencilla con los frutos que della es quitimo. E demas el juzgador del lugar denelo desterrar por algun tiempo cierto en alguna isla, si fue-

re sifodalgo, aquel de fizo tal hierro como este è de darle otra pena, segun su abudario, en la manera que entendiere que lo dene fazer, asinando, qual es la cosa que assi tomò. E si fuere otro home que non sea sifodalgo dene le juzgar que vaya à labrar à las labores del Rey por tiempo cierto segun emendiere que mereçca. Tertio quia sumus in pœnalibus & leg. huius tit. loquuntur in proprio furto quod non cadit in aliud specificum nomen delicti, & ideo mitius puniuntur hoc crimen expilatæ hereditatis, quam furtum, suis pœnis. Quare merito Farinac. de furtis. quest. 127. num. 26. fol. mibi 15. cum aliis auctoribus tenet, quod expilatores non suspenduntur, sed aliis pœnis puniuntur iudicij arbitrio ut ibi per eum, ubi le alio loco refert agentem de expilatore hæreditatis nempe quest. 174. num. 118. cum seqq. ubi latè de hoc crimine, & eius pœna agit.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœna famosi Latronis, & Cursarij, & n. seqq. per totam questionem.
- 2 Famosus Latro, quis appellatur? & nam. sequentibus.
- 8 Leges Partite, ut plurimum conformes sunt iuri communi.
- 10 Latro manifestus si sit committens, vel confessus non auditur appellari.
- 11 Ob gravitatem criminis, &c. potest quis furca suspendi in loco commissi delicti erigendo ibi furcam ad hoc.

De famoso Latrone, & Cursario.

Q V Æ S T I O C L V I.

**Q**UÆRO secundo, an famosus Latro, vel Cursarius debeat & possit condemnari pro prima vice pœna furcæ suspensionis.

Pro cuius rei intelligentia, quoad nostram questionem & materiam attinet, observandum est quod quando furtum non cadit in aliud speciale nomen delicti, dicitur fur simplex qui clam subripit, & hic non est famosus, & de hoc loquuti sumus regulariter in questionibus præcedentibus. Famosus autem Latro appellatur, qui etiam clam subripit, frequenter tamen ac sæpe furatur vel, qui committit furtum in itinere publico, vel mari, Latro est qui palam furatur ter. in anth. vi. mill. iudic. §. quia vero versic. pro furto, cuius verba sunt hæc pro furto autem nolimus omnino quodlibet membrum abscindi, aut mori: sed aliter eam castigari. Fures autem vocamus qui occulte, & sine armis huiusmodi delinquant. Eos vero qui violentè aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis in domibus, aut itineribus, aut in mari pœnis eos legalibus subdi iubemus, & benè declarat Cæpol. in anth. sed nouo iure num. 46. cum seqq. C. de seruitus. fugit. ubi quod fur simplex est ille, qui semel tantum & clam, vel de nocte maxime in domibus, & sine armis furatur. Fur famosus dicitur ille qui consuevit furari puta bis, vel ter, Latro simplex dicitur ille qui palam, ut in strata publica, vel etiam in sylvis furatur. Latro vero publicus, vel famosus est ille, qui pluries palam in strata publica, vel in sylvis per vim vel cum armis furatur. Vnde fur occultus numquam

quam dicitur latro, etiam si consuevit furari, sed benè potest dici famosus fur ex frequentia, & tenetur prius Alberic. in l. capitulum. §. famosus, ff. de penult. quem refert & sequitur Gregor. Lopez, in l. 8. glossa magna paulo post princip. tit. 18. p. 7. & quod fur famosus dicatur, qui tria furta commisit & sic quod pro primo & secundo furto non sit laqueo suspendendus, sed pro tertio tenetur etiam & iure probat Pegues decis. crim. 27. num. 2. & 3.

Quibus adde aliam speciem Latronis, nempe, Cursario que roba otras en la mar con navios armados, qui latine dicitur Cursarius, ut expresse probat d. l. 18. ubi, & que robase otros &c. quibus sic obstruatis, de furum simplicium pœniam vidimus in questionibus præcedentibus. Nunc videamus de Latronibus famosis, & Latronibus Cursariis an hi pro primo furto debeant furca suspendi?

Et videtur indubium eos furca esse suspendendos ex l. capitulum. §. famosus, ff. de pen. cuius verba sunt hæc. Famosus latrones in locis ubi grassati sunt furca figendos compluribus placuit, ut & consuetudo deterrantur alij ab iisdem facinoribus, & solatio sit cognatis, & affinitibus interceptorum eodem loco pœna reddita in quo Latrones homicidia fecissent.

In primis hic text. intelligi non potest de furibus simplicibus, qui tria furta fecerunt, & sic accipiendo furem famosum, secundum sensum superiorem, sicque non est hic text. probans, quod fur simplex pro tertio furto suspendatur, furca, sed consuetudine generali hoc est introductum, ut suo loco supra observauimus, quia text. in d. §. famosus, non loquitur in furibus famosis, sed in Latronibus famosis, qui, ut prædiximus sunt qui pluries palam in strata publica, vel in sylvis per vim vel cum armis furantur, ut constat ex text. ibi famosus latrones, & ibi, in his locis ubi grassati sunt, & ita rectè explicat glossa ibi, hoc eodem verbo, grassati sunt, idest consueverunt aggredi cum armis, vel sine armis, & violentè, vel grassati, idest ubi frequenter obfederint itinera publica, nam si semel veniant merentur à furca ut in §. grassatores eiusdem l. inquit ibi textus qui prædæ causa id faciunt proximi latronibus habentur, & si cum ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur, utique si sæpius, atque in itineribus hoc admiserunt, ceteri in metallum damnantur, vel in insulas relegantur ex quo text. profecto, declaratur atque interpretatur, dicit. §. famosus ut præfata eius glossa rectè censuit. & alia in cap. si quis fortitudinem 23. q. 3. sequitur Gregor. Lopez in d. l. 18. in glossa tui esse caminos, in versic. collige ergo, & illam priorem glossam sequuntur ibi communitè DD. secundum Anton. Gomez tertio tom. c. §. de fur. num. 10. qui illos & alios refert, verius hoc existimans, quamvis aliud hodie probet, ut statim dicemus tamen illi §. contineant diuersos casus ut statim dicemus.

Secundo, observo textum in dicit. §. famosus, loqui quando simul cum grassatione in viis publicis ad prædandum, committitur homicidium, ut constat expresse ex littera, illius text. ibi, & solatio sit cognatis, & affinitibus interceptorum eodem loco pœna reddita in qua latrones homicidia fecissent: sicque hi qui in stratis furantur sine interfectione alicuius magis proprie dicuntur grassatores, quam Latrones publici, habentur tamen proximi Latronibus ut inquit

text. in dicit. §. Grassatores, quando verò fuerantur in itineribus cum interemptione hominum, isti proprie dicuntur Latrones ut habetur in dicit. §. famosus, cuius hic est verus sensus litteralis: differunt ergo Grassatores, & famosi Latrones in hoc, quod illi sunt & dicuntur proprie qui prædæ causa in itineribus grassantur, qui si cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt Latronibus proximi habentur, & capite puniuntur, utique si sæpius hoc admiserunt in itineribus: ceteri vero in metallum damnantur, vel in insulas relegantur. Latrones vero famosi qui hoc idem faciunt sæpius simul cum homicidio, & hi quidem iustius furca suspenduntur in locis, ubi grassati sunt, ut ex dicit. §. constar non igitur intelligitur Latro famosus qui non consuevit furari clam, sed ille qui armatus rapit, vel subtrahit secundum Angel. in l. Prator ait, §. adversus per text. illum ff. de sepulch. violat. quem refert, & sequitur Gregor. Lopez in d. l. 18. in glossa, tui esse caminos, ibi idem dicit Angel. sed eorum dictum intellige concurrente homicidio simul cum prædæ, rapina vel furto; hic namque proprie dicitur famosus Latro, sine interfectione vero hominum, Grassator qui latronibus proximus habetur, ut in d. §. Grassatores, & in dicit. §. famosus Cæpol. in d. anth. sed non. iure sub num. 106. in versic. 2. casu. Tamen alij relati per Peguer. decis. crimin. 40. numer. 5. ut sunt Bart. Abb. & alij teneant publicum Latronem esse ex eo solum, quod palam, & publicè furatur ut fuit Pirata, vel qui publicè stant in stratis: ut homines transeuntes disrobent, & secundum horum opinionem inquit se videre practitari maxime in suo Concilio Regio Catalonia.

Igitur ex omnibus supra, dicit. quod famosi Latrones, idest furantes, in itineribus violentè sæpius, vel frequenter cum interemptione hominum furca suspenduntur in locis, ubi grassati sunt, secus si semel grassati sint. Similiter Grassatores qui cum ferro aggrediuntur causa prædæ & spoliandi idque faciunt sæpius itineribus, sine interfectione hominum capite plectuntur, ceteri in metallum damnantur vel in insulas relegantur, utio d. iuribus, quæ hoc principaliter sic decidunt, & communiter DD. utrobique, estque indubium attento iure communi ut probat latissimè Peguer. ubi supra num. 6. cum seqq. licet referat num. 7. praxim contrariam illius Regij consilij, quando Grassatores semel tantum furtum commiserunt propter delicti frequentiam in provincia, nempe ut ob id soleat regium Consil. eos ultimo supplicio tradere, tamen absque dubio probat iure communi, quod prædiximus, nempe, quod in metallum damnentur, vel in insulam relegentur ex dicit. §. Grassatores, ac proinde eos gaudere immunitate Ecclesiastica, & hæc sunt pœnæ legales de quibus loquitur, l. in anth. ut nulli iudic. §. quia vero versic. pro furto, collat. 9. Nouissime tamen Farinac. de furtis, quest. 167. num. 89. cum sequenti resolu. ait esse communem DD. sententiam plurimos citans, quod Latrones publici, & famosi, qui in strata publica, & alia sæpius grassati fuerunt furca suspenduntur in loco in quo grassati fuerint ex dicit. §. famosus, & ibi glossa verbo grassati & etiam si non occiderint, licet text. in dicit. §. famosus, loquatur expresse quando simul dirobando homicidium committunt: & numer. 9. congerit plura specialia contra Latrones, & fures insignes, publicos, & famosos.



Iure regio idem probat *dict. lib. 18. tit. 14. n. 7.* his verbis. *Fuera fende si fuisse ladron conocido, que manifestamente tuiese caminos, o que robasse otras en la mar con navios armados a quien dizen, Curfarios, preceffit enim regula ab illa l. regia probata, que por razon de furto no se dene matar, ni cortar miembro a ninguno, & statim ponitur exceptio præd. nempe fuerat fende, &c. ut supra modo proxime retulimus, & postea alios casus exceptando inquit, l. qualquiera destos sobredichos &c. deve morir por ende el, è quantos dixeren ayuda è tansejo a tales ladrones para fazer el furto, &c.*

Cæterum hæc lex regia non requirit simul cum latrocinio præd. interemptionem hominum, & merito, quia si ea contingat ex hoc solum supra pro homicidio, absque dubio pena mortis imponi poterat, & deberet huiusmodi Latroni, sique non fuit necessarium hoc exprimere, sicut expressit d. §. famofos, sed concordat potius nostra l. regia cum d. §. grassatores, qui non requirebat homicidium, & tamen capite puniri iubet, d. grassatores qui in itineribus sæpius causa præd. & spoliatorum, id faciunt.

6 Quod autem habet difficultatem circa intellectum & praxim in d. l. 8. est, an debeat intelligi iuxta terminos iuris communis nempe d. §. Grassatores supra, quando Latro publicus, & manifestus dirobans in strata, & itineribus, sæpius id fecit, ad hoc ut pena capitis puniatur, an vero sufficiat quod semel in hoc deliquit, ut futu- ca suspendatur ob hoc solum.

Anton, namque Gomez, *tertio tom. cap. 5. de furt. num. 10.* intelligit, l. illam regiam corrigere ius commune, & sic quod pro primo furto in itinere publico, vel mari puniatur latro pena mortis, licet non interveniat homicidium, & licet faretur videti veriore, & æquiorum opinionem quod illa intelligatur secundum ius commune præd. supra, quando bis vel sæpius talia delicta committit, vel quando sequutum est homicidium, inquit tamen primam esse tenendam in iudicando & consulendo pro prædict. l. part. intelligendo quando ex proposito quis erat in itinere publico, positus ut furtum facere transseuntibus, vel cum naui ex ista causa erat positus in mari, & videtur probari ex d. versic. qualquiera ibi: que fizo furto, &c. idem probat Aviles, in cap. 1. præd. in glossa derechamente, num. 15. ubi si est furtum cum aggressura, pro vno delicto puniatur pena mortis pro d. §. famofos, & inquit tenete text. in d. l. 8.

7 Ego vero potius cæso lillam partem concordare cum iure communi, esseque iuxta id intelligendam dempto homicidio, quod non requirit regia sicut nec *dict. §. Grassatores*, provi requirebat, d. §. famofos, Colligo igitur ex ea tunc demum aggredientem in stratis causa furandi puniri pena mortis, quando pluries hoc fecit, itaque possit dici, quod manifestè ad hoc esset in itineribus, si tamen semel furtum fecerunt, vel facere aggressi sunt ad aliquem actum perueniendo non puniantur pena mortis, sed debent in metallum damnari, vel in insulam relegari, ut in *dict. §. Grassatores* ita tamen Gregor. Lopez, in *dict. l. 18. in glossa, tuiese caminos in versic. collige ergo*: quod insinuat, lilla ibi, *ladron conocido pue manifestamente tuiese caminos*: hoc enim frequentiam requirit cum sit nomen verbale quod denotat frequentiam iuxta doctrinam Bart. in *proam. ff. & præterea Clarus ex illis verbis, que manifestamente tuiese caminos, sicut ex illis se-*

quentibus *o que robasse otros en la mar con navios armados*, qui dicuntur Pirata, seu Curfarij, pro prima, namque vice isti non debent mori, sed in metallum damnari, quæ pena cum hodie non sit in vfu ut inquit glossa, in §. relegati in *illit. questionibus mod. ius patr. por. solu.* alias arbitrio iudicis tales pro prima vice puniuntur & inquit Cæphol. in *dict. aub. sed novo iure num. 105.* quod debent relegari, vel fustibus cedi, addit tamen *num. 106.* æquissimum se putare si manus, tali abscederet & banniat propter admitti criminis atrocitatem, & illa lex *parria* satis innuit quod pro prima vice non puniatur Pirata pena mortis, ex præcedenti dicto, *del ladron conocido que manifestamente tuiese caminos*, quia videtur repetere verbum *manifestamente*, quod requirit frequentiam & denique cum postea dicit *à quien dizen Curfarios*, ut expressa expendit hoc tenens, & probans, Gregor. Lopez, iterum in *glossa en la mar*, & hoc est singulare pro latronibus, & Piratis qui semel tantum aggrediendo aliquem vel aliquos expoliaverunt, ut pro hoc non debeant furca suspendi, vel aliter morti secundum Cæpol. *ubi supra, num. 104. & 105.* quod tamen est intelligendum quando in aggressionem, vel furto non intervenit peremptio hominis, tunc enim pena mortis puniuntur, ut in d. §. famofos, & quia pro solo homicidio debent mori, ut prædicebamus, & in terminis sic declarat Gregor. Lopez, in *dict. glossa tuiese caminos ad fin. ante eum Cæpol. ubi supra, sub num. 106. in versic. si tamen &c.* quæ ne dum iure communi, attentio veriora & æquiora sunt, sed etiam attenda, l. regia observanda in praxi cum ipsa hoc innuat, & ita interpretatur rectius per Gregor. Lopez, quam contrarium per Anton. Gomez, *ubi supra.*

Accedat denique pro corroboracione huius nostræ sententiæ quod *ll. parria* ut plurimum conformantur cum iure communi & minime debent deviare à iuris Civilis sanctionibus ut nominatum tenens Rodet. Suar. in *praludis fori reg. cart. 6. fol. 2. & in l. quam in prioribus in secundam ampliatione, C. de in officio testamento, & in l. 1. tit. 4. lib. 3. for. 6. limitat. 3. pag. in fin. quem refert, & sequitur Salon. de Pax. in l. 1. *Taur. numer. 573.* adducens pro hoc bonam l. 2. tit. 1. part. 1. ibi: *y destas dos maneras de derecho que de luso diximos, y de los otros grand es saberes sacamos, y ayustamos todas las leyes deste nuestro libro segun que las salamos escribas en los libros de los sabios antiguos, quo fieri videtur secundum eundem authentici, ubi supra num. precedenti 572.* septem partitatum l. iuris civilis sanctiones indubio non corrigere existimandum esse, & si aliquas reperiamus l. septem partitatum ipsius iuris civilis sanctiones abrogantes, rarissimas tamen esse, & ubi lex regia non exprimit, non est de eius intentione ius commune corrigere ita Gregor. Lopez, in l. 10. in *glossa, ne quere ser heredero, tit. 5. & in l. 9. tit. 12. part. 6.* cum enim de antiquarum legum abrogacione intenditur, illud solet significari verbis expressis, aut honorificis aliqua præfacione, ut docet Aleiat. lib. 3. *parere. iur. cap. 17.* Ludovic. Carond lib. 2. *vero semel, cap. 16.* vtrumque tradidimus supra lib. 3. *practicar. quest. 15. num. 37. & 38.* cum ergo *dict. leg. 18.* expresse non corrigat, *dict. §. Grassatores*, dum in illis verbis videtur si sæpius requirit frequentiam, quinimo idem significet in illis verbis, *ladron conocido que manifestamente tuiese caminos*, &c. consequitur nullo modo in praxi teneri, aut dici posse (maximè in penalibus, &*

& ad imponendam penam mortis) corrigere ius commune requirit in hoc frequentiam actuum, ac proinde pro prima tantum vice posse Latronem huiusmodi famosum, aut Piratum, vel Curfarium morte damnari, sed tantum, ubi hoc sæpius commisit, quicquid contrarium in praxi minus rectè probaverit Anton. Gomez, *ubi supra.*

9 Superiora procedunt non solum si furati sunt prædicti cum effectu, sed etiam si cum ferro aggredi, & spoliare intulerint, & ad aliquem actum peruenierint licet non fecerint, ut in d. §. Grassatores, ibi: & si cum ferro aggredi & spoliare intulerint, quod tamen debet intelligi dum ad aliquem actum peruenierint, iuxta notata in l. 15. *qui cum velo, C. ad legem Cornel. de sicar.* quod dicit esse bene notandum Cæpol. *ubi supra, sub dict. num. 106.* contra illos qui stant in sylvis, vel itineribus, vel in mari & præd. causa aliquem aggrediuntur, ut spoliare licet ipsum non spoliaverint, quia evasit de eorum manibus, quod nihilominus ipsi debent puniri, ac si eum spoliassent, licet Bartol. in *dict. famofos, ad fin.* aliter sentit dum dicit, *& intellige hoc de iis, qui perfererunt delictum alias secus, supra eadem l. §. Grassatores* text. enim illic contrarium innuit & probat in verbis supra relatis, & sic opinionem Cæpol. quam modo retulimus, & probamus sequitur Montalu. in *leg. 6. tit. 5. lib. 4. for. leg. glossa 1.* ibi facit ad hanc legem, nisi maus aliam mitiorem penam esse in hac specie imponendam, ratione vniuersalis consuetudinis totius orbis, qua habetur ut pro delicto omnino non consummato, non imponatur eadem pena, sed mitius ut latius aliàs resoluimus.

10 Latro hic manifestus, hoc est, *conocido*, de quo loquitur *dict. leg. capitalium, §. famofos, & d. l. 18. tit. 14. part. 7.* sit conuictus, vel confessus non auditur appellans, l. *constituciones, C. de appellatione, leg. 16. in princ. tit. 23. part. 3.* & ibi not. Gregor. Lopez, in *gloss. conocidos.*

11 Vltimò obseruemus text. in d. §. famofos, qui est expressus ad hoc quod ob grauitatem criminis, cuiusque exaggerationem, & ut conspectu alij deterreantur ab eisdem facinoribus, & ut sit solatio cognatis, & affinis interemptorum, potest iudex in proprio loco, ubi atroc delictum est commissum, erigere furcam & delinquentem in ea suspendere, executionemque facere iustitiae, & ibi notant communiter DD. & Angel. de malef. dicens, ita semel practicalle, quem refert Anton. Gomez, in *tertio tom. c. 13. de tortur. reorum, n. 35.* ubi quod ita prædicatur etiam in nostro regno, quod ego quoque vidi prædicari, & tenet Farin. *ubi supra dict. num. 89.*

## S V M M A R I V M.

- 1 Pena furum violentè ingredientium domum, vel locum ad rapiendum, vel dirobandum, & num. segg.
- 4 Noturni effractores fures grauios sunt, & de eorum pena, & num. segg.
- 6 L. 18. tit. 14. part. 7. intellectus, cum numero segg.
- 13 Scalas ponens ad fenestram de nocte, vel domum alienam causa violanda castitatis, vel furandi, qua pena puniatur?

De furibus violentè ingredientibus domum, vel alium locum ad furandum.

## Q V Æ S T I O C L V I I.

**Q**UÆRO ulterius, an fures violentè ingredientibus domum, vel locum alterius, ad rapiendum, & dirobandum cum armis, vel sine eis debeant condemnari pena mortis eamque iure incurrant? Dubium facit text. in *auben. et multitudine. §. fin. versic. fures autem, collect. 9.* ibi eos vero, qui violentè aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis indomibus, aut itineribus, aut in mari, penis eos legalibus subdi iubemus: nam aggredientes violentè in itineribus, vel in mari pena mortis afficiuntur, si id sæpius admiserint, ut in *questione præcedent. resoluimus*: de aggredientibus vero domus causa prædandi, dicendum est iure communi non esse eis impostam penam mortis argumento l. 1. in *versic. expilatores, ff. de effraCTOR.* Expilatores, inquit Vlpian. qui sunt atrociores fures, hoc enim est, expilatores, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari solent, honestiores autem ordine ad tempus moueri, vel patriæ fines iuberi excedere, quibus nulla specialis pena rescriptis principalibus imposta est idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit; sic etiam *dict. l. 1.* ideo in effractores variè animadueritur.

Atrociores enim sunt nocturni effractores & ideo hi fustibus cæsi in medium damnari solent: diurni vero effractores post fustium castigationem in opus perpetuum, vel temporarium dandi sunt, & in terminis, pro præd. iuribus ita tenet & probat Cæpol. in *aub. sed novo iure, numer. 100. versic. 2. casu principali, & num. 101. per totum, C. de seru. fugir.* loquens in furibus furantibus cum fractura, vel pro fractura ostij, vel hortorum, vel sciniij, vel capis, vel parietis ut non debeant mori, sed puniri dictis penis, & dicit bene notandum quia multi crederent, quod de iure fures diurni, vel nocturni cum fractura ostij, vel sciniij, vel alterius rei deberent ad mortem condemnari, quod minime verum est, ut ex præd. manifestè patere potest quod & sequitur attentio iure communi. Anton. Gomez 3. *tom. cap. 5. de furt. num. 11. & Petr. Gregor. 5. part. Synagmat. iur. lib. 37. cap. 14. num. 2.* ubi quod Marcus Imperator, equitem Romanum, qui effraCTOR pariter pecuniam abtulerat, quinqueennio abstinere iussit prouincia Africa, vnde erat & Verbe, & Italia, lege Gallica, ut pro Petro Gregor. *ubi supra, n. 3.*

Sed iure nostro Regio huiusmodi effraCTORibus pena mortis imposta est ut patet ex l. 6. in *princip. tit. 5. lib. 4. for. leg.* quæ est huiusmodi: *todo home que foradare casa; o quebrentare Iglesia por fuerza muera por ello, ubi Montalu. in glossa muera por ello, idem probat si cum clauis, vel effractione arcam aperiat, & idem li. repetiat ianuam apertam, & inuentus est latens in domo quod desumpit ex l. 74. Ryli, quæ est huiusmodi, en el titulo de las penas, sobre la ley que comienza todo hombre (quæ est *dict. l. 6.*) que foradare casa muera por ello, y esso mismo à de morir si subiere por pared, o entrare por finestra, o por texado à la casa dene morir, o si abriere la puerta con llave, o en otra manera, o si descerrojare arca, o si entrare*